

Weichbild magdeburski w układzie śląsko-małopolskim.**Wersja sandomierska**

Rękopis Archiwum Archidiecezjalnego w Gnieźnie, sygn. 104, k. 90v

Odczyt: Maciej Mikuła, *Prawo miejskie magdeburskie (Ius municipale Magdeburgense) w Polsce XIV – pocz. XVI w. Studium o ewolucji i adaptacji prawa*, Kraków 2018, s. 323

Artykuł 24

[24] [k. 90] De filio excipere coram iudicio et mercede deservito iudicialiter optinere.

·XXIIII· Et vir quivis filium suum ter potest eximere, quem habet in potestate, coram iudicio pro quolibet crimine capitali tacto sacramento metseptimus secundum ius municipale. Similiter et vir potest filium suum, quem in potestate habet, tribus vicibus eximere, ubi aut ad collum aut ad manum pertransit. Quarta vero vice ipsum solum propria in persona respondere oportebit, et primum^a in suo iure non impediet, si filius prius bene respondisset. Sin autem pater cum filio simul in eodem crimine coram iudicio impulsati fuerint, ex[er]it tunc pater filium eximere non potest, nisi prius se ab eodem crimine expurgabit. Famulus potest mercedem suam, quam promeruerit, quinque solidos probare tacto sacramento mettercius, quod sibi persolvit, tunc propius est evadere, quam famulus optinere. Si autem famulus suam mercedem super suum dominum optinuerit coram iudicio, pro eo dominus iudici nullam penam demeretur, sed dominus famulo eandem mercedem eadem die solvere tenetur indilate. Si alter alterum pro vino aut alio potu inculpare voluerit, evadet ut aliud debitum, in quo nullum dominium ostendere po[k. 90v]terit aut protestare^b.

^a odczyt niepewny, tak w edycji W. Maisla (*Prawo magdeburskie miasta Pleszewa*, s. 74); ^b nad końcowym e szkie trójlistnej gałązki

[hasła: syn, ojciec, zastępstwo, przysięga, samosiódm, współprzysiężnik, kara śmierci, kara ucięcia ręki, przestępstwo, sąd, sługa, pan, uwolnienie od skargi, samotrzeć]